

tribus ligneis explanandas: ueras autem in eincem duas propinquas ciuitates: Similem & ipsi cladem uerit: eodem sancto spiritu animis illabante: Sex insulas propinquas: urbi obiectas tenuere. Ita eas partiti: aut quia sex essent urbi portae: ut fama fert: aut quia i sex erat partes ciuitas diuisa: ut quaeque: aut sorte: aut ex composito una ex iis caperet. Insularum nomia hæc sunt. Torcellum: Maiurbium: Amianum: Boreanum: Constantiacum: & Amorianum. Duæ ab aquis submersæ Constantiacum & Amianum. Nam præter quædam monasteria cōseruata studio & diligentia: Aliud ex his insulis apparet nihil. Cæteræ quatuor adhuc supersunt: & facile declarant templorum magnitudine & numero Altini urbis: unde sunt ortæ: nobilitatem. Patauini interea quum crebris nunciis frustra petiissent ab imperatore auxilium & fumantes uicinas uiderent urbes: non amplius cū etandum rati: Terra mari ue salutem querere instituunt. Quātis opibus tum esset patauiū nō habeo compertum: Nisi q̄ magis uideo celebratas ea tempestate Aquileiæ & Rauennæ laudes: q̄ patauii. Certe augusto imperante: qua ætate scripsit Strabo: Ita amplæ magnificeq; ab eo traditæ fuerunt: ut mihi uideantur eius uerba nō omittenda. Patauium est cūctas eius regionis urbes excellens. Nuper in ea cēsi sunt quingenti equestris ordinis uiri. Antiquis aut annis centū uiginti militū milia armatis constat. Quam uero ciuitas ipsa & uirorum probitate: & artium bonitate floruerit: Magnitudo cū aliarum rerum Romam missarū: tum uero pannorū & uestimentorū omnifariam mercatura declarat. A mari sursum habet nauigatiōem fluvio per paludes delato: Ducentis & quinquaginta a Medua co portu stadiis. Portus aut ipse eodem quo fluuius nomine uocatur. Meduacus. Hæc Strabo. Cuius aut generis: aut gēris fuerint quingenti equites: quos Strabo scribit declarat Plinius & Quintus Asconius qui patauium Romanorū coloniam fuisse dicūt. Non eo deductam more: quo ceteræ urbes solebant: sed datum esse patauinisius ipsum latii: ut in designatis Romæ magistratibus: ferendi suffragii ius haberent. Quoniam uero nullis magis temporibus Aquilonares nationes: aut repellendo: aut lacesendo Romanam uirtutem exercuerunt: quam post Augusti tempora. Ob eam causam Rauenna post Augustum crevit maxime. Et item Aquileia. Illa propter maris superi oportunitatem coniunctam cum uicinitate urbis Romæ. Hæc quia claustra Italiae: quasi i manibus teneret. Patauiū uero & a Roma & ab Alpibus: & a mari magis recedens: sicut illæ creuerit: ita ipsum ex eo qd fuerat opibus imminutum: haud mirum: Inde neglectam magis ab imperatore patauium opinor: q̄ Aquileiam. Patauini uero multi: qui antea didicissent ex Riualto insula: Methamaucoq; litoreo: Quæ apud obiecta esset stagna aeris salubritas: temperies: cōmoditas q. Qui nauigandi fructus: quo ue pacto omnia necessaria facile mari ex

Alienes et uetus Incolas.